


34

32

28

23



**A**eneus ex illo se tollit fonte canalis,  
Et loca decliuo surgit in alta gradu.  
**A**rs intrudit ei uisu mirabilis undas  
Auxilio (fossæ quam mouet unda) rotæ.  
**E**rgo uehit secum lymphas loca ad alta canalis,  
Has et inassuetum scandere cogit iter.  
**I**nq; locis labro superis effundit amœno,  
Cuius materies cuprea tota nitet.  
**I**ngens est lateq; capax pulcreq; rotundum:  
Hic salit et gyros limpida ducit aqua.  
**M**ox alio rursus se deicit ipsa canali,  
Hinc urbis uarijs ingeriturq; locis.  
**M**otus aquæ dulcis delectat lumina uisu,  
Nympham Callirhoen hic habitare putes.  
**H**oc est in primis operi laudabile toti,  
Decliuum quod habet nempe canalis iter.  
**L**enius hinc sursum fontis propellitur unda,  
Lenius estq; magis durat opusq; diu.  
**H**oc igitur quoq; spectat opus celeberrimus heros,  
Decliu camera fontis aditq; caput.  
**H**inc abiens etiam dat munera larga ministris,  
Hic etiam similis fitq; manetq; sui.  
**H**inc it per mediam cunctis comitantibus urbem,  
Præcipue coniunx concomitatur eum.  
**E**t uenit ad Xeniam (sic dictam nomine) portam,  
Ipsam puniceus tergore portat equus.  
**P**ropugnaculū Danu' hic noua Danubij quoq; propugnacula uisit,  
bij ad pontē hospitale  
Ne quid in hac uisum non sinat urbe sibi.  
**S**pectatur à Principe. Interea pronò descendit lumine Titan,  
Sumere nox cœnam iamq; propinqua monet.  
Compas

Ende

Anfang